



G.

Q. II, 109.

Ant. I, 264. etc.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.
- 5.
- 6.
- 7.
- 8.
- 9.
- 10.
- 11.
- 12.
- 13.
- 14.
- 15.
- 16.
- 17.
- 18.
- 19.
- 20.
- 21.
- 22.
- 23.
- 24.
- 25.
- 26.
- 27.
- 28.
- 29.
- 30.
- 31.



f77  
a

12  
13

EXEQVIÆ  
 ILLVSTRISSIMO  
 AC POTENTISSIMO  
 Principi ac Domino, Domino  
 AVGVSTO, Duci Saxo-  
 niæ, Electori &c.

HABITÆ  
 IN ACADEMIA  
 VVITTEBERGENSI,  
 à  
 Iohanne Maiore D,

VVITTEBERGAE,  
 Ex officina Cratoniana 1586.

B. z.



Ducis  
mirum  
tamen  
ci ex a  
ceri, ve  
reru di  
ni, put  
fuit oc  
gratio  
atque  
**DE**  
Magr  
mogit  
nia,  
xonica  
Sacri  
Land  
æque  
Come  
Rave  
Dom  
sionem  
quam  
Tropp



177  
1  
I quis tam rigida sit  
mente, quod a per amore  
Improbet in nostros, nosq;  
dolere vetet:  
Quasq; hominum cordi flam-  
mas Deus indidit, aufert:

Hic homines aufert, & mouet arma Deo.  
Est pietas, mentes aliena morte moueri,  
Et patris patriæ fata dolere suæ:  
Et conferre preces ut idonea membra reponat,  
Et spacia his vitæ præbeat ampla Deus:  
Quorum consilijs ac more hæc vita iuuetur,  
Ut doctrina Dei proferat alma gradus.  
Si tamen ex vita, velut ex statione, vocantur:  
Ut nihil in toto permanet orbe diu;  
Tunc suus & iusto debet modus esse dolori;  
Quò subeant, nisi quòd cœlica regna petant?  
Quâ, quid sit sapere, & doctrinæ fontibus uti,  
Percipiunt dociles ex sapiente Deo.  
Sunt igitur nobis, sunt, argumenta doloris,  
Orba quòd AVGVSTI funere turba sumus:

A 2

Et tam

Ducis  
mirum  
tamen  
ci ex a  
ceri, v  
reri di  
ni, pu  
fuit o  
gratio  
atque  
DE  
Mag  
mogio  
nia,  
xoniam  
Sacr  
Lana  
æque  
Come  
Rave  
Dom  
sionem  
quam  
Tropp

Et tam magnifico vultu priuamur: & usu  
Munifico: & caro pignore patre carent.  
Insitus urget amor casu lugere regentis,  
Quodq; oculis tantum mors rapit atra decus.  
Durius & scopulo, & testa magis aridus ille est,  
Cui pia non tali lacryma morte fluit.  
SIT tamen hic luctus modus, ut parere velimus,  
Nec fremitu iustum sollicitare Deum.  
Hoc mortis solamen habe; quod luce fruantur  
Qui te nate Dei voce, fideque colunt.  
Illa luce equidem sub consuetudine CHRISTI  
Quid terra, aut cælo dulcius esse potest?  
SED memor exactæ virtutis imago tenenda est,  
Debet & in chartis fera sub ora vehi,  
Si mihi non, quas esse velim, sunt carmine vires:  
Ut de tam magno nomine verba feram:  
Impedior luctu; veniam des mente benigna;  
Interea studium consule quaeso boni,  
Si tenuis dolor est, facile sua verba sequuntur;  
In magnis curis nemo disertus erit,  
Exequar Augusto supremi munus honoris;  
Officium, dictat carmina: scribit amor,

SED



SED quia de magnis rebus sine numine magno  
 Christe tuo nec res, nec bona verba fluunt:  
 Verbaq; facturum domini de morte potentis  
 Deficiunt nerui, voxque dolore cadit:  
 Tu mortis domitor mihi res ac verba repone,  
 Ne mea consilijs vox sit iniqua tuis,  
 Mortis enim ad vires virusq;, ex morte requiram  
 Fomenta ac oleum, praesidiumque tua,  
 Vulnus & inflictum nobis ex morte regentis  
 Leniri poterit non nisi morte tua,  
 Scilicet, vt per te statuamus viuere caelo  
 Christe tua mortem qui subiêre fide.  
 Nemo fit à culpa, & fatis communibus exors;  
 Sed nec culpa pijs, nec sua fata nocent.  
 Omnia mors Christi soluit; nil restat agendum  
 Quàm precium hoc aptet quòd sibi quisq; fide.  
 PVLPI TA sed scandens ut fecit vota Pericles,  
 Ne ratione carens excidat ore sonus:  
 Sic opus est operæ in partes accersere Christum  
 Diuite qua vena prouida verba fluunt,  
 Nam mihi qui dulces fons Pegasus ædidit undas,  
 Hei mihi quàm salvas nunc mihi præbet aquas?

A 3

Ac

Ac ut Alexandri statua in sudore notabat  
Quòd laudes huius condere sudor erit:  
Sic ubi res gestas Augusti euoluere mens sit;  
Sudor erit Vati, curaq; multa suo.  
Utq; inter lacrymas prior, ac suspiria sedit:  
Ut Flaccus lacrymæ sit, gemitusq; Maro:  
Sic gemitu & lacrymis Augusti prosequar umbram,  
Quo paci ac studijs facta sit umbra bonis. (est;  
Res grauis est, fateor; sed nil graue præside Christo  
Si Maro non versu sum: prece Maior ero.  
Nemo quidem querulis fert res in pristina dictis,  
Aut fato functos carmine tollit humo:  
Sed si fons pietas est, virtus unde resultat:  
Gratia pro meritis ex pietate fluit.  
Huic operam ô Vates date, quos complexus amore  
Præcones meriti censuit esse sui.  
Huius ab officio res floruit integra regni,  
Iusq; suum obtinuit Pax, Themis, atq; Fides,  
Utq; magis me flere iuuat: stimulum adijcit acrem  
Quæ volucris plorat nuntia Veris Ityn.  
Si volucrum in sensu gratæ virtutis imago est:  
Vult Deus accepti nos meminisse boni.

Sed

Ducis  
mirum  
tamen  
ci ex a  
ceri, v  
reri di  
ni, pu  
fuit o  
gratio  
atque  
DE  
Mag  
mogis  
nia,  
xonis  
Sacr  
Lana  
æque  
Come  
Rave  
Dom  
sionem  
quam  
Tropp



Sed non vis lacrymas, quibus es iam liber, inanes;  
Sed repetis gratæ carmina mentis opus,  
Carminis officium tibi pro virtute rependam,  
Et faciam ad cineres annua vota tuos.  
Nec lux ulla tui immemores, ulla arguet ætas,  
Carmina, virtuti præmia semper erunt:  
Ut cui per vitam pietas dux esset: eidem  
Sit laus post mortem non moritura comes,  
Laude feram extinctum, nec lædam carmine viuos;  
Illud enim fidei est, hoc pietatis opus.  
Nec veterum in cæris consumam tempus, & ortu:  
Non est conueniens luctibus iste labor,  
Nam fomenta dolor, non ornamenta requirit;  
AVGVSTVM intueor, non aliena sequor.  
Facta referre patrum, quàm niti sanguine, præstat;  
Virtus cuique sua est, non aliena, decus.  
Ex genere interdum de mente ac indole signum est;  
Præ signis, operi est semper habenda fides,  
Hic genus HENRICI patris alta ab origine ducit:  
Mater & à diua Costide nomen habet,  
Huncq; sibi generum rex legit ab omnibus unum  
Cui benè de Christo nomen, & omen erat.

SED

SED non tam tenui rerum nunc orbe morabor,  
Communes alijs quæ potuere geri:  
Nec referam quibus in studijs primum egerit eum;  
Insitus ut variæ luxerit artis amor:  
Utq; ætate grauis Cato Graiæ semina linguæ:  
Sic noster Latias mente pararit opes:  
Fertile quod pectus rerum: quodq; æmula norit  
Ad Tullii cultos verba referre modos:  
Et quod naturæ causasque, vicesque notarit:  
Et quæ fixa polus, quæ vaga signa gerat:  
Non satis esse putans ciuilibus munera vitæ  
Nosse modò, officijs atq; vacare fori:  
Sed sua quod superis mens semina duxit ab oris:  
Cura fuit patriæ quærere dona suæ.  
Quæ ratio numeris: quæq; interualla modorum:  
Et digiti ad motus fila dedere sonos:  
Qui tractus habiles, qui non, cultoribus essent:  
Quiq; autor radio scripserit orbis opus:  
Et quæ iura regant causas, litesque locorum,  
Dissidia & pacti religiosa tori:  
Quodq; animû ex scriptis didicit formare Platonis,  
Et quo vita modo debeat æqua regi:

Quæq;

Ducis  
mirur  
tamen  
ci ex a  
ceri, v  
reru di  
ni, pu  
fuit o  
gratio  
atque  
DE  
Mag  
mogio  
nia,  
xonio  
Sacr  
Lana  
æque  
Come  
Rave  
Dom  
sionen  
quam  
Tropp

Quæq; facultates herbarum, & commodus usus:  
Quæ fomenta ligent vulnera, quæq; leuent:  
Sæpius ipse manus admouit ad ulceris ora,  
Ad partem adiungens æra salutis opem.  
Quippe Deum haud puduit nostras attingere sordes  
Et lustrare sup corpore triste specu,  
Arboreos etiam fœtus spacio extulit æquo:  
Auctor & hortorum fertile struxit opus,  
Arboribusq; notas impressit, ut inuia tentans  
Cum cane lustra, vagum non sequeretur iter,  
Et facili torno tiliam, vel rasile buxum  
Quamlibet in formam vertere scitus erat,  
Sæpè manu flexis adduxit cornibus arcum,  
Et tetigit fictam cuspidis ictus auem,  
Præsidij legum fora textit, & oppida vallis,  
Prælustresq; situ struxit, & arte domos.  
Grande penu armorum variorum legit ad usum;  
Hoc utinam æternis Pax premat alma seris.  
Ex quibus arguitur signis, vis indolis altæ;  
Sed tamen hæc non sunt carminis huius opus,  
Annuus iste mihi labor est; nec circulus horæ  
Vnius, in fascem ferre tot ausa potest.

B

Nec

Ducis  
mirum  
tamen  
ci ex a  
ceri, v  
reridi  
ni, pu  
fuit o  
gratio  
atque  
DE  
Magi  
mogin  
nia,  
xoniam  
Sacri  
Lana  
æque  
Come  
Rave  
Dom  
sionen  
quam  
Tropp

Nec latidem à tenui quærit sibi parte laborum ;  
Pictoresque umbris condere multa solent.  
Ad res suprâ hominem Deus hunc exciuit agendas ;  
Ius populo, & studijs præmia ferre bonis :  
Consulere afflictis rebus, componere motas,  
Fraudem à voce Dei, vim removeere foro.  
NAM cùm Mauritius pro jure ac pace tuenda  
Morte, sed accepto Martis honore, cadit :  
Tunc, velut in cœlo cùm mersum est Castoris astrû,  
Frater ibi alterno suscipit orbe vices :  
Quo fuit Augustus sub mense exceptus in auras  
Alternata fratris jus statione capit.  
Et rem Teutoniæ releuans ex turbine belli  
Augusti veteris fata secunda tulit.  
Pax, tantò melior bello est, quantò æra lapillis,  
Ære aurum, ac auro non simulata fides.  
DE puero hoc, litem Mars, Iuno, Pallas habebant ;  
Hæc dixit, meus est, illaque, & ille, meus.  
Imperium Iuno : rationem Pallas, & artes :  
Mars animum, & neruos ad fera bella dedit.  
Res, stetit arbitrio Charitum, castæq; Dianæ ;  
Non hoc composita est listamen illa modo.

Hunc

Hunc poscunt Charites, ipsi sua dona ferentes;  
Nanq; inerat rebus gratia mira suis.  
Diua feras agitans, dabat has, ceu fulcra pudoris;  
Lustra, cibi ac somni parcus inire solet.  
Astræa in medium venien, sedit omnibus usu;  
Lis hac lege suum cepit habere modum,  
Ne tamen Astrææ solius dote sit exors:  
Hæc ipsi lances, sanctaq; jura dedit.  
At maiora dedit pietas, & gratia Christi,  
Quæ talem, ac tantum vendicat una sibi.  
Arsit mente fides, & rem produxit in actum;  
Signa dat officium mente latere fidem.  
Virtutumq; decus variarum effulsit in auras,  
Præ quibus eminuit cultus, amorq; Dei.  
Non hominum inuentis studuit, sed pectora rexit  
Vera Dei ratio prodita voce Dei.  
Præluxitq; suis exemplo & imagine morum;  
Nam procerum mores in rude vulgus eunt.  
Temperies candoris erat cum jure severo,  
Ardor in officijs, inq; labore preces.  
His signis pietas se, ceu bona prodidit arbor,  
Et quod amor veri, quod fuga fraudis erat.  
Norma Dei verbi, quod sensu assumitur æquo,  
Flamine succensam rexit agente fidem.

B 2

Ac

Ducis  
mirum  
tamen  
ci ex a  
ceri, v  
reri di  
ni, pu  
fuit o  
gratio  
atque  
DE  
Mag  
mogis  
nia,  
xonis  
Sacr  
Lana  
æque  
Come  
Rave  
Dom  
sionen  
quam  
Trop

Ac ope nixa Dei mens est in rebus acerbis,  
Ne contrà officium, vel decus iret opus.  
Insita vis, ut cuiq; sua est, ita præstat agendo:  
Si tamen hanc artes, cura, precesq; iuuant.  
Res aliqui claras genio gessere secundo:  
Vis tamen excellens ex prece tota venit.  
In victu seruare modum: facit usibus aptos,  
Ac ad honestatis præparat omne genus.  
Præcipue stimulos à labe libidinis aufert,  
Ut possint votis corda vacare pijs.  
Nemo pudoris egens precibus scit poscere numen;  
Qui prece non poscit numen: inanis erit.  
Cum mores etiam leuitatem in veste sequantur;  
Leges in cultu corporis esse dedit.  
Regius & Vates habitum sine more gerentes  
Ferre vetat gressus in sua tecta, viros.  
Huic in consilium non vis, aut ira: sed æquum  
Venit, & exacta cum ratione fides.  
Non vim iudicij pressere odiumue, fauorue,  
Et fas, non fructum, quem lequeretur, erat.  
Non odia infregere animum; rectique tenacem  
Non flexere preces, nec domuere minæ.

Vt da,

Vt daret offensis aliquorum iniuria caussam:  
Non tamen hic grauitè viribus usus erat.  
Vindice quo, sine labe pudor sua iura tenebat,  
Vim leges, artes præmia, sacra decus.  
Fas, animum moresq;, & gestus finxit honestas,  
Prouida sed ratio rem, sua verba, fides.  
Nemo iugo premere alterius res, neçtere fraudes,  
Nemo sequi prædas, tingere cæde manus:  
Nemo thoros pactos temerè dissoluere: nemo  
Frena dare illecebris turpibus ausus erat.  
Vt, cum fila ferè legerent huic vltima Parcæ,  
In casto tutum duxit amore mori.  
Multa pudicitia sunt commoda: numinis usus,  
Lux sine nube, quies mentis, origo precum:  
Res sine sorde domi, ius urbis, munia, splendor,  
Et fauor, & varia vita salute ferax,  
Et ratio in promptu, rerumq; indago repertrix;  
Dona sed impuris eripit ista Deus.  
Quàm variò contrà procerum gens carpitur æstu,  
Quæ gerit Ausonia conscia signa feræ?  
Ah quot in infanda scelerum se sorde volutat,  
Vertit & in turpem sacra, diesq; gulam?

B 3

In

Ducis  
mirum  
tamen  
ci ex a  
ceri, v  
reri di  
ni, pu  
fuit o  
gratio  
atque  
DE  
Mag  
mogin  
nia,  
xoniam  
Sacri  
Lana  
æque  
Come  
Rave  
Dom  
sionem  
quam  
Tropp

In furias, ignemq; ruit; nec tangit honestas  
Sanguinis, aut generis vincla, gradusque sui.  
Quin, cædem accumulat Veneri: ac in limine vitæ  
His lumen vitæ, quos genuere, rapit.  
Ille, thorum sanctè leruans data pignora fovit,  
Et vidit generos, & sine labe nurum.  
Nec castum vaga flamma: piū vaga sacra trahebant;  
Salua Deo ac sociæ mansit amore fides.  
Ac animo voluens tœdæ ius dulce prioris,  
Quòdq; ad res socias conditus esset homo:  
Ne sic desertam traheret sine compare vitam,  
Curarumque aliqua parte leuaret onus:  
Cum Nympha Ascania lectum suppleuit hiantem;  
Hei mihi, quàm virtus non fuit ista diu.  
Fata Deus variè trahit; & quæ læta putares,  
Mox fieri alterna tristia sorte vides.  
Sic aliquis prati lustrans spectacula: dicet,  
Vespere fit fcenum, manè quod herba fuit.  
Pòst aliquot prolis fata immatura virilis:  
Pòst natas, generis per sacra vincla datas:  
Et post imperij commissa negotia nato,  
Cùm specimen viuo jam daret acre patri:

Iuraq;



Iuraq; ab hoc peterent omnes, qui septus adesset  
Consilio plenis, & pietate viris:  
Postq; duos sexu cretos meliore nepotes,  
Ac neptem, in cunis quæ modò risit avo:  
Vix patris ad tædas, dicta & cunabula Nati  
Plausibus exactis, compositoq; grege:  
Ecce, pedem referens vicini è limite saltus,  
Quoq; animi caussa sæpè tenebat iter:  
Manè sacris illic dederat sermonibus aurem,  
Commendans precibus seque, suosq; DEO:  
Vixq; sua rursus prælustri in sede receptus:  
(Hei mihi, quàm fatū hoc voce referre graue est:  
Nam lacrymę includunt mihi verba, dolorq; disertū  
In patris, haud domini, casibus esse vetat:  
Quod quis enim infectū vellet: revocare loquendo  
Horret, & invito vix facit ore sonos:)  
Soluitur in somnum reuoluto ad pectora fluxu,  
Et cum voce animam reddit hiantē Deo.  
Quàmq; diu sensus sunt functi munere & usu,  
Sub manuum nutu signa fatentis erant,  
Actus hic extremus vitæ fuit; excidit Orbi  
Sol suus, Imperio flos, patriæq; pater,

Sic

Ducis  
mirum  
tamen  
ci ex a  
ceri, v  
reri di  
ni, pu  
fuit o  
gratio  
atque  
DE  
Mag  
mogin  
nia,  
xoniam  
Sacri  
Lana  
æque  
Come  
Rave  
Dom  
sionen  
quam  
Tropp

Sic ubi per caueæ confessum fabula transit,  
Personam ponit foemina, virque suam.  
Omnibus esse semel moriendum, euenta fatentur;  
Antiquam in matrem summus & imus eunt,  
Omnibus in vitam tamen est regressus; & exors  
Morte status, recipi non nisi morte potest.  
Et quia nostra Dei de collo viscera pendent:  
Quò caput euasit, membra vocabit humo,  
Per Christi foenus foenus de morte receptum est;  
Pœna luis, somni gratia facta fuit,  
Quòd si fata Dei quis spectet prouida: nemo  
Dici immatura morte perire potest.  
Nam tunc mortem obijt, sibi cum nova vita parata  
Esset Christe tua morte, fideq; sua,  
Sed si præsidium, quod in hoc amisimus omnes,  
Respicias; heu nimium flos breuis iste fuit,  
Quantum, & quale decus pars tertia perdidit orbis,  
Teutona res, nervum, vita togata caput.  
Imperij proceres, florem, in quem versa tenentes  
Lumina, responsis vim tribuere suis.  
Vt, si conuentus agerent de corpore regni:  
Qui rem digereret summus is autor erat.

Quiq;



Quiq; gubernaculi Romani ad cornua fixus  
In dubijs clauum rexit agente Deo.  
Viq; animi casus prospexit, & vtre coëgit  
Emissas animas Æole vane tuas,  
Ac obex Marti oppositus, ratione repressit  
Si consulta aliqui turbine plena dabant.  
Proq; salute virum in specula rem gessit, & unus  
Agminis ingentis nomen, & instar erat.  
Sunt merita in sacros cœtus, ac munia vitæ,  
In pietate fides, pro pietate labor,  
Ah miserum est vultus consueti luce carere,  
In quo vera pij fulsit imago patris.  
Quem coluit dominum, quem patrē vulgus amauit,  
Exposcit timidus, pertimuitq; ferox.  
Sed mors cæca timet nullos, nullosq; moratur;  
Quæris, quid sit homo? bulla palustris homo est.  
Quàm nihil in vita stabile est; nanque omnia quid  
Vix quod in exiguo colligat urna sinu. (sunt?  
Vita, vapor; gramen, fœnum; caro, vermis, & horror;  
Gleba, lutum, sanies, os, cinis, umbra, nihil.  
Quid sumus ah miseri, nisi simus sanguine Christi:  
Sanguine, quo nostrum vexit ad altra genus.

C

Osten-

Ducis  
mirum  
tamen  
ci ex a  
ceri, v  
reri di  
ni, pul  
fuit o  
gratio  
atque  
DE  
Mag  
mogin  
nia,  
xoniam  
Sacri  
Lana  
æque  
Come  
Rave  
Dom  
fionen  
quam  
Tropp

Ostendunt varij casus nihil esse perenne,  
Omnibus & causam mortis inesse, tuem.  
Et nulli, fatum datur evitare potestas;  
Sola fides Christi vincere fata datur.  
Cur spes mente agitas magnas de sorte caduca?  
Cum caro sis, & res fluxa; memento mori.  
Cura vigil grandes sibi res proponit agendas:  
Sed mors consilij inijcit atra manus.  
Fama quid est omnis, quid res & splendor in Orbe?  
Quicquid multa dies attulit, una rapit.  
Quid nisi continuus sunt mane & vespera cursus,  
Quem bene si claudis morte, fit una dies.  
Nec citò, nec serò moritur qui pectore Christum,  
Mors cuius verè fit fuga mortis, habet,  
Nam Christi cupidis nil fraudi est, siue repente,  
Seu placet hinc lentè nos reuocare DEO.  
Sed mors cum veniet, vincetur: si tamen ante  
Quam veniat, Christi præmeditata fide est.  
Nam tantos animos dedit huic fiducia Christi,  
Vellet ut hoc nexu liber adire Deum,  
Nam bene de patria meritis, Christumq; professis  
Ad cœlorum aditum limes ab Orbe patet.

Tu nunc



Tu nunc astra colis generi decus addite sacro,  
Et fructum officij carpis ad ora Dei.  
Ut gradus in pœna, sic est discrimen honoris;  
Pro magno merces magna labore venit.  
Luce Dei fruitur pia gens; sed lumine præstat  
Vel grauior meritis, vel pietate prior,  
Maius erit Vatis Tharlenfis in æthere lumen,  
Quàm qui fert fidei semina prima domi,  
Amplior in cœlo excipiet te gloria I O B E,  
Quam qui iugeribus iura dat æqua tribus,  
Iustitia ac pietate grauem, meritisque Iosiam,  
AUGVSTVM, & similes si pia fata dabunt:  
Quàm qui pro tenui sacra sorte negotia curat,  
Et parta fruitur re sine mole sua.  
Nec qua nunc Auguste iaces tellure, iacebit  
Virtus quæ fama cum meliore volat.  
Famę consulere, est vitam sine morte tueri;  
Non metuit nigros candida fama rogos,  
DVMQ; tot ac tantis virtutibus eminet unus:  
Hisq; in se radijs obuia corda trahit:  
Et Paci, ac Fidei, Themidiq; exoluit honores;  
Tres tegere hunc unum vix potuere Deæ.

Ducis  
mirum  
tamen  
ci ex a  
ceri, v  
reru di  
ni, pu  
fuit o  
gratio  
atque  
DE  
Mag  
mogin  
nia,  
xonis  
Sacri  
Lana  
æque  
Come  
Rave  
Dom  
sionen  
quam  
Tropp

Ordo duplex, habitu quamquam diuersus, & arte,  
Propositum hunc telis duxerat esse suis.  
Vnus enim, Illyrica quamuis pice nigrior esset,  
Sub Cygni specie futile mouit opus.  
MAVRITIQVE animam diris defigere adortus,  
More tubæ ad motus semina cruda dedit:  
Non hos religio, QVAE VELVM CRIMINIS  
AMPLVM EST,  
Sed regio stimulis carpere visa fuit,  
Vestis enim albentis, facilis iactura fuisset;  
Coccineo hos ussitincta colore stola.  
His tibi nulla fides in voce ac rebus inesset,  
Dum tua vox, vero nixa, Philippe sonet:  
Somnia, casta fide, Deus omnia sparsit in auras,  
Et spes eventum lusit iniqua suum.  
Quos, ceu Titanes Asini clamore repressos,  
Inq; fugam versos, altera turba subit.  
ET sic à calamo mordace venitur ad hastas;  
Cædes cum falso dogmate foedus habet.  
Rex Erebi, ut cædem faciat, fraude implicat aures;  
Sub falsa cædum crimina voce latent.  
His etiam inuidiæ causam dedit ensis uterq;  
Quem metuunt, odio semper habere solent.

Hi, vi

Hi, vitæ insidias conducto autore struebant;  
 Vertit in artifices textaq; vimq; Deus.  
 Sæpè pio domino cædum instrumenta parabant,  
 Vixque cauo inclusum textit in ære capit,  
 Qui licet externas non agmina duxit ad oras,  
 Subq; illo Halcyones sensimus esse dies:  
 Attamen imperij personam gessit in armis,  
 Periuramque manum iussus adire manu est.  
 Quem putat illa sibi Gethica sub sede receptum:  
 Fit mora nexa pedum, supplicijq; locus.  
 Tempus hic observans ut sparsa hinc inde sub unū  
 Nomina colligerent armaq; seq; locum:  
 It celer, & captam articulis caput artis Arachnon  
 Rete suo implicitam Marte fauente capit,  
 Nam furia ad fraudem impellit: pertexere telam  
 Non sinit: at media tentat in arte pedes.  
 Hei mihi, quam subitis arsisset motibus Orbis,  
 Cæde nisi autorum fax ea pressa foret,  
 Huic etenim acceptum debent, post fata, referre  
 Quòd res imperij, quo fuit antè, loco est.  
 Vnus enim ad proceres magni fuit agminis instar;  
 Nam speciem ac nervos omne tenebat opus,

Ducis  
mirum  
tamen  
ci ex a  
ceri, v  
reri di  
ni, pu  
fuit o  
gratio  
atque  
DE  
Mag  
mogin  
nia,  
xonis  
Sacri  
Lana  
æque  
Come  
Rave  
Dom  
sionen  
quam  
Tropp

**E**X C I T A T imperijs insignes lumine mentis,  
Atque horum in medio iura dat ipse Deus.  
Et res sede sua vulsas, atq; ordine motas  
Confilio ad veterum iura reponit opum.  
Aq; Deo imposita est magna ratione potestas;  
In pœnam hic hostes ordinis huius agit,  
Huicq; suum attribuens nomen, ius addidit amplū,  
Ut qui diuinam præstet in Orbe vicem.  
Vmbra sacri cœtus, vitæ tutela togatæ,  
Censuræ in gestu, muneribusq; thori:  
Visq; fori: ut mos, & modus, & commertia, & artes,  
Vinculaq; humani fœderis esse queant,  
Hunc Deus in morem natorū amplexus amore est,  
Ac usum varia præbet in arte sui.  
Tegmen, ad insultus, ad vim, motusq; latentes,  
Vis, in consilijs, sorsq; secunda manus.  
Cumq; Dei genus, & cœtus sint membra sacrati,  
Cui sese in Christi conseruere fide:  
Æthere res altas habituros esse necesse est,  
Usuramq; D E I, cœlicolūmq; gregis.  
De genere hoc Iosaphas memoratur, rexq; canorus,  
Busides Vates, Amonioq; satus,

Et cui



Et cui præcipuum fecit constantia nomen,  
Quique Dei ex dono nomina rector habet.  
Hisq; pares sacris in rebus, & arte togata,  
Quos varia AVGVSTVS reddidit æquus ope.  
Hic proceres vicit largæ stipis ære priores,  
Si vitæ inspicias fœdera, remq; sacram.  
Seu quamcunq; oculos ad partem æmunia vertas,  
Non æquasse patres, sed superasse vides.  
Omnes hi cum viua pij membra agminis essent:  
In fora, & in sacram rem posuere dies,  
O quam difficili te tempore fata tulerunt,  
Quando rudem in molem cuncta videntur agi:  
Et laceris hinc inde comis versata facescit  
Religio à medicis facta eruenta nouis.  
Hi capita imperij quæ ceu vertigine nutant  
Impellunt furijs in bona nostra suis.  
Inuidiamque alibi subeunt, ac arte premuntur  
Mens quibus in sensu sit meliore tenax,  
Candori, studijsq; locum non esse dolendum est,  
Quorum lux patribus vix tulit orta caput,  
Quid sperem, aut metuam potius de gente perita  
Cognita quæ sacra semina fraudis habet?

Ac ex

Ac ex articulis de vero corpore Christi,  
 Deq; fide, sacras res capiente sibi;  
 Ceu freta arietibus geminis, sedem eruit imam  
 Cui farris cultus nititur ille sacri,  
 Cuius si fuerint fundamenta mota: mouetur  
 Ordine Pontificis gloria tota suo:  
 Quòd manibus Christum patri prætendit, & offert,  
 Quem modò diua semel pectore Virgo tulit,  
 Cùmq; manu inclusum, aut sacro sub fornice con-  
 Est opus ut reddat debita vota DEO. (dat:  
 Nec noua iussa precū expectes si corpore præsto est,  
 Siue oculum incurrat, prætereatūe tuum.  
 Nam tuus is Deus est, ad quem dare vota necesse est,  
 Ceu pia dat Thomas in lare vota Deo.  
 Istaque si cultus stant fundamenta sinistri:  
 Stant delubra Papæ, resq; dicata sacris,  
 Nunc delubra Papæ, quæq; est res addita quondam  
 Auersam in nostris usibus esse vides,  
 Si retines neruum, quo cultus fidit inanis:  
 Tunc iurè ad cultum res redit illa suum.  
 Hanc si fòrs repetent aliena ad munia versam:  
 Dic quo responso vim prohibere potes?

Ergo

Ducis  
 mirun  
 tamer  
 ci ex a  
 ceri, v  
 reri di  
 ni, put  
 ful or  
 gratio  
 atque  
 DE  
 Mag  
 mogit  
 niæ,  
 xonia  
 Sacri  
 Lana  
 æque  
 Come  
 Rave  
 Dom  
 sionen  
 quam  
 Tropp

Ergo Papæ cultus qui neruo firmat eodem ;  
Istacita has reddit res ratione Papæ.  
Sed vincere Deum ad loca certa, est fingere cultum ;  
Ergo sacri farris cultus inanis erit.  
At mundo parient hæc sacra sinistra cruorem,  
Et Turcam in Latium contrahet iste furor.  
O faciles quicunq; tenent fundamina cultus:  
Aut ipsos cultus credula turba probant:  
Aq; Deo auertunt meritum pietatis honorem,  
Eq; sacris signis numen inane parant.  
SI Procerum vultum intueor: nihil esse pericli:  
Si venit in mentem temporis; esse reor,  
Nam quidam stimulos animis illustribus addunt,  
Vincendi & studio regna quieta mouent:  
Et licet arma ducum sedata mente quiescent:  
Quem socium credis, durior hoste nocet.  
Ac grege cum parvo nidis nos excutit almis,  
Aut odijs vulgi nomina nostra premit,  
Nec turbare modis cessabit pectora miris,  
Præsentem ut teneat qua datur arte gradum.  
Æquum nos animum fortunã ad utranq; paremus,  
Seu nos fata velint viuere, siue mori.

D

Dumq;

Ducis  
mirun  
tamer  
ci ex a  
ceri, v  
reridi  
ni, put  
fuit o  
gratio  
atque  
DE  
Mag  
mogit  
nia,  
xonis  
Sacr  
Lana  
æque  
Come  
Rave  
Dom  
sionen  
quam  
Trop

Dumq; bonis nostris fraus imminet: excita somno  
A te nate Dei pendeat æqua fides.  
Qui promittis opem, vis idem ferre, potesq;  
Ferre, modò oblatam suscipiamus opem.  
Vix tui gemitus sunt, ne dum verba bonorum;  
Tecum igitur Verbo solvimus ora tuo.  
Quàm metuo Augusti ne mortem turbo sequatur:  
Sustinuit cunctas hæctenus iste minas.  
Morte sua hoc fulcrum cadit, & dant signa fragores  
Quòd mundi interitus penè sit antè fores.  
Nec nostros animos dolor hic modò tangit, & angit:  
In socia imperij membraq;, & ossa subit.  
Aspice, quàm tristi squalens res Teutona vultu  
Se dolet huic domino vix reperire parem.  
O si non stragem det legibus ista ruina,  
Ac fidei & pacis dulce resoluat opus.  
Nec tam fata mouent sua nos, quem viuere scimus,  
Quàm clades rerum publica mente subit.  
Occidit heu, quo non ratione instructior ullus,  
Siue togæ, aut quæuis respicis artis opus.  
Fas, & iura dolent quòd mortè reliquerit Orbem;  
Sed pietas melius cœlo habitare refert.

D V M

D V M tamen in Nato stat patris viuuda virtus:  
Non rectè fertur mortuus esse pater,  
Nec solum mutatur, abit persona, reditq;  
Exercentque vices hinc pater, inde genus,  
Non igitur vanos Augusti ex morte triumphos  
Concipite, & ne spes carpite mente vagas.  
Viuus adhuc Nato rerum concessit habenas,  
Ac ensem in patrio natus honore vibrat:  
Et rem consilij gerit ac virtutibus iisdem;  
Viure sic patrem, non obijisse liquet,  
Ingenuos mores amat; at simulare peritos  
Cum vox est animo dissona, ferre negat,  
Psittacus hos mores habet, & quas promit herile  
Imperium voces fingere voce potest.  
Quid sunt blanditiæ nisi fraus, quæ cognita tandem  
Perniciem auctori fert odiosa suo.  
Quare si plausus iam concepistis: eosdem  
Ponite; spem si qua est improba, ventus agit,  
Viuut & ille Deum rex, nec mutatur ab illo  
Qui fuit, ut Pharaon merus in amne rubro est.  
Natus in humano semper fuit agmine præsens;  
Si qua tegunt homines, detegit ausa Deus.

Ducis  
mirun  
tamer  
ci ex a  
ceri, v  
reridi  
ni, pu  
fuit o  
gratio  
atque  
DE  
Mag  
mogin  
nia,  
xonis  
Sacri  
Lana  
æque  
Come  
Rave  
Dom  
sionen  
quam  
Tropp

Hoc fretus, patrijs Dux utere fortis habenis;  
Patris habes animum; cætera, fata dabunt.  
Quorum consilijs splendor stetit ille paternus,  
Hos retine, duplex sic tibi splendor erit.  
O genus egregium patris, quem reddidit Orbi  
Augusto similem nomine, req; Deus:  
O magno non patre minor: nec pectore dispar  
Rege pio, quem tu nomine reddis, auo:  
A generis si luce, tua vel ab indole mira  
Sint captanda bonis omina certa viris:  
A genere agnoscent summum: à virtute beatum;  
Quæris, quid possint addere fata? nihil.  
Nunc splendore patrem præstas: æquabis eundem  
Si talem Natum, ceu dedit ipse, dabis.  
Si quâ pios animos Augusti cura remordet:  
In Nato studium quisq; probate patris  
Hoc Auguste tamen breue carmen habeto Maro-  
Rem mihi dat pietas, verba recludet amor, (nis:  
AVGVSTVS terris hinc usque ad sydera notus  
Viuet, dum viuent carmina mortis honos,  
Quis sciret vixisse duces, nisi carmina viuant?  
Fœnus erit, Vates demeruisse sibi.

Sors


Sors tua, mortalem te fecit; fama, perennem;  
Felicem, Christi sanguine nixa fides,  
Care Deo ac Musis Auguste, & imago prioris;  
Ille ætate prior, tu pietate prior.  
Quo regnante, Deus miseris seruiuit in Orbe;  
Te regnante, miser seruit in Orbe DEO,  
Viderunt oculis illi : nos, mente videmus;  
Diuerfos iungit nos tamen una fides,  
Nec prior est, nec posterior qui credit in illum;  
Non oculi, saluos sed facit esse fides.  
SALVE Auguste, tuas laudes hominū ora loquentur,  
Si taceant homines, ipsa loquetur humus.  
SALVE Auguste, refert nostri vox summa theatri,  
Ac Auguste refert vox tibi summa VALE.



Ducis  
mirun  
tamer  
ci ex a  
ceri, v  
reridi  
ni, put  
fuit o  
gratio  
atque  
**DE**  
Mag  
mogit  
nia,  
xoniam  
Sacri  
Lana  
æque  
Come  
Rave  
Dom  
fionen  
quam  
Trop







Ducis  
mirum  
tamen  
ci ex a  
ceri, ve  
reru di  
ni, put  
fuit o  
gratio  
atque  
**DE**  
Magi  
mogiu  
nia,  
xonia  
Sacri  
Lana  
æque  
Come  
Rave  
Dom  
fionen  
quam  
Tropi

Vc. 2751. 8

ULB Halle 3  
002 691 590




St

Reber ✓

M.T.







12 13

XEQVIÆ  
LUSTRISSIMO  
POTENTISSIMO  
ncipi ac Domino, Domino  
AVGVSTO, Duci Saxo  
niæ, Electori &c.

HABITÆ

ACADEMIA  
VVITTEBERGENSI,

à  
ohanne Maiore D.

VVITTEBERGAE,  
x officina Cratoniana 1586.

B. 7.

